



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 29. & 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Christi ignorantiam tribuit, omnes diaboli non modo factiones, sed etiam cogitationes Christo perspectas affirmat. Nihil ignorat omnes seminum fructus, omnes loliorum fibras in numerato habet: itaque non dicimus dormiente Christo, vel patrefamilias zizania semini super inducenda: sed cum dormient homines. Quod duas habet interpretationes. Prima ut dicatur id noctu fecisse, cum scilicet

Hominum pecudumque genus sopor altus habebat.

Ideo vero noctu, quia inimicus infirmior nocere palam non ausus est fraude usus est, & posita leonina vulpem viduit: id vero etiam impio facto contumebat; nox enim amica est sceleris. Malicia igitur imbecillitas inimici indicatur, qui non opprimere aut euellere semen potuit, sed lolis premere, & contaminare. Alia est interpretatio, factum id esse, cum agricolæ & serui patrisfamilias, hoc est, Episcopi, pastoresque negligenter officio suo fungerentur, aditum factum esse Satanæ. Nec modo Catholici, sed etiam eos imitantes hæretici sic explicuerunt, ut Arctius hoc loco. Qui posteros Apostolorum interpretatur. Et admittit Calvinum tam anxie quætere eorum verborum expositionem, & curiositati delegare. Cum Bullingerus ex Catholicorum libris

iam olim explicauerit. [Filii itaque regni, quam sint filii Dei, reuera tamen homines sunt, unde Bullinge- de, nihil humani ab eis alienum est: proinde dormiunt aliquando, & cessant tam ipsi pastores gregis dominici quam ipse grex nimium quandoque securus, quando prouerbio iactatum sit, nonnunquam & bonum dormire Homerum. Ea porro occasione ad suum institutum bene utens Sathanas, irrepit & agrum Domini inuadit, hoc est, falsam doctrinam, hypocrisin, scandala, scelera, artesque prauas segeti Dominicæ interfecit. Ea ubi proutperit in lucem, miramur omnes vnde illud lolium infelix in agrum Domini seminatum sit, quando satis constet trititici boni duntaxat semen atuo esse iniectum. Nam arbitramur omnes feliciter nos omnes numeros religionis & officiosi doctoris vel auditoris explese, neque expendimus nostram hic quoque ignauiam in culpa esse. Dominus ergo indicat vnde corruptio illa proficiatur, nimirum ex Diabolo, qui callide nostra abusus dormitatione lolium tritico immiscuit.]

§. 2. Catholicis ista, quæ respondeant, suppeditata sunt. Calvinianis expeditior est solutio. Christum enim ignorasse ut alia multa, ita & nocturnam sementem inimici dicit Braubomus initio florum flaminiorum: ille enim cum pag. 9. profiteatur se nota adferre. Ausim dicere, nulli antehac visæ in lucem profecto, ab alijs allata vera astringo, falsa corrigo, dubia stabilio. & pag. 5. nec sine presertim successu, presensino diximus.

Tandem eo stodilitatis progressus est, ut dicat, nec obijciunt. Danielelem, nec Ioannem, nec sacram Christi animam Calvinista intellexisse numeros Danielis, se vero intelligere. Si se Christo peritiorum prophetas, quas implere iussus erat, non intellexit, quid mirum igitur si nocturni seminantis astum dormiens non sensit? Hæc illi ergo, sed omni supplicio dignis blasphemis respondent.

QVÆSTIO III.

Quæ messis?

Mali ser- §. 1. Consummatio seculi, *conuersio*; quamvis natus pro- enim maior loliorum, & palearum; qui tamen per bonos, men omnia illa tritici causa instituta sunt, quæ hic

aguntur, idcirco *seculi*, vocatur; peruenit enim ratio non habetur.

Vocatur autem collectio electorum in celum, messis, ut ostendatur quis sit finis, in quem omnes conditi sumus, eumque in hoc seculo vltimum non esse. Quemadmodum enim agri, arationis, factionis, occationis, rigationis, omniumque laborum finis est messis. Ita etiam totius mundi, omniumque Dei operum, motuumque & vicissitudinum scopus est, ut electi Dei seruentur, luce fidei, & ardore charitatis in æterna gaudia celo marutescant.

§. 2. Generalis illa & extrema messis est, indicii suprema dies; quia triticum perfectè in horrea inferetur, in mortibus tamen singulorum inchoatur. Porro hoc in agro vix triticum & lolium in quibusdam distinguuntur, tantâ similitudine geminant, imo crebro triticum putamus, quod lolium est, & è contrario. Quare non facile separatio cuiuslibet permittenda est. Sed in plerisque diebus vltima est expectanda, cum excussis spicis, secretaque gluma ac palea, pura grana frugis bonæ, & adultera loliorum cernentur. Imo nec sibi quicquam securitatem promittere potest, cum quotidie videamus & triticum degenerare, & auenam in triticum mutari.

QVÆSTIO IV.

Qui messores?

§. 1. Angelos Christus dicit. Bonos quidem Angelos fore tritici collectores nemo ambigit: hic vero cum duntur tritici colligant, de regno eius omnia scandala, nonnulli putant indignum esse, ut tormentis malorum Angeli sancti occupentur. Verum utcumque res sese habeat, non est indignum Angelo punire fontes, aut ad supplicium conquirere: In demonum pœnis id certo constat; viros enim ad infetos detruserunt. Deinde ne Deo quidem indecorum est, multo minus Angelis; nec verendum, ne prauè politi homines vereantur, Angelos licetorum, & carnificum locos haberi, nihil enim illi indecorum existimant, quod Deus imperat; non enim res ipsas, sed iubentis voluntatem intuentur. Cum autem demonem vocet inimicum, nomine Angelorum eum vocare eodem loco non puto. Quin ipsa parabola ratio ostendit Angelos bonos esse. Sunt in domo filii hominis Angeli, quod apud patrem familias serui quærentes de zizaniis, & ad extirpanda operam pollicentes quod messores qui non erant inimici patrisfamilias, sed administri. Quis enim per inimicos, qui fata in prima herba corrumpere satagebant, messem colligit? Angeli igitur in Iudicio stant non ociosi, sed ad iussa capienda succincti. Inimicus autem damnatus ad supplicium ducitur, non enim messor est, sed lolium, ex seminatore zizaniorum. Simul enim cum zizaniis, qui seut in caminum ignis coniciuntur.

VERSUS 29. & 30.

Et ait, Non. ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Simite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus,

*bus, Colligite primum zizania,
& alligate ea in fasciculos ad
comburendum, triticum autem
congregate in horreum meum.*

QVÆSTIO V.

Quomodo scandala toleranda?

In Ecclesia scandala fore prædictum est; itaque mirari nemo debet, cum prædictionis eventum experitur. Si enim in aliquo cœtu scandala nulla essent, quod tamen nusquam fieri solet, Ecclesia cœtus ille non esset. Nec modo in Ecclesia Catholica sunt scandala nimium multa, sed etiam in omni genere sectarum innumera. Monuit suos Calvinus 1.4. cap. 12. §. 11. In stir. non discedendum ab Ecclesia propter scandala. Itaque in vera Ecclesia sunt non modo mediocres, sed magni etiam, & perniciosi exemplis infames peccatores. Contra quam Novatiani, Donatistæ, alique docuerunt. At contra, nosper omnes offensiones ire iubet Dominus, & cavere, ne vel scandalo sumus, vel scandalosa virtute demellamur. Ita Cyprian. Epist. 51. Esi videntur in Ecclesia zizania; non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nostra: ut quoniam zizania in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus: nobis tantummodo laborandum, ut frumentum esse possimus.

Et Epistol. ad Antonianum accusat Novatianos, qui Anglicam, & omnino puram Ecclesiam sibi imaginabantur. Quantum arrogantia tumor est, ut quis aut audeat aut facere se posse credat, qui nec Apostolis concessit Dominus, ut zizania à frumento discernere, & arcam planere purgarent. Quod non esse futurum ante extremum diem Parabola indicat.

§. 2. Zizaniarum nomine non solum hæretici, sed omnes, qui scandala quocunque crimine præbent, censentur. Sunt tamen præcipue scandala hæretici, dum occulti hypocritæ diu latitantes tandem erumpunt. Sunt autem agro Dominico ut & triticum, communi loco, aura, pluvia, sole cultura augentur, & maturescunt, sed finis eorum est ignis. Plurima enim illis cum granis tritici communi sunt.

Verum hæc particularia singulis. Triticum fertur à Deo, lolium à Satana non creante hominem, sed corruptente creatum. Triticum prius est, lolium supereminatur. Triticum interdiu, lolium noctu feritur. Triticum amatur ab Angelis, lolium perdere gestiunt. Triticum salubre est, lolium noxium. Lolium tantum paritur propter triticum. Denique in messe lolii felicitas desinit, tritici vero incipit.

§. 3. Ex quo apparet, non solos prædestinatos in Ecclesia esse, quæ olim fuit hæresis, Hussiana, Wiclefiana, & nunc quibusdam in partibus Calviniana. Electos autem suos perpetuo iustos imaginantur. Hæcorum sunt. Hæc Bertius obiicit Crocium sententia, pag. 201. & 64. & 57. ut est in Hyperaspiste. pag. 177. [Agnosce hæc tua. Nihil potest dici verius, quam, credentes ne peccatis quidem suis posse se parari à dilectione Dei. Peccata ipsis proficere ad salutem. Credentes etsi peccent contra conscientiam, tamen obsignatos esse in diem redemptionis: Oves Christi non posse degenerare. Credentes nunquam desinere credere, itaque semper manere in Christo, ac perseverare usque ad finem, nec penitus posse desicere.] Hæc sunt Calvinianorum.

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.

Hæc ex Itenæo sunt ipsissima Borboritarum dogmata. Sicut aurum, inquit, cæno immersum, pulchritudinem suam non deponit, sed propriam suam naturam servat, non valente luto auri naturam ledere: ita dicunt electos, quibus unque materialibus inficiantur actionibus, non ledi, neque deponere spirituales suam substantiam.

§. 4. Non prohibentur Christi verbis ordinariæ magistratum in improbos leges, quaestiones, & supplicia. Multo minus actiones in hæreticos. losius Grauterque Illyricus erravit, dum vetat hæreticos ultra reprehensionem & excommunicationem molestare. Sensit id aliquando Lutherus, & disputat Bellarmin. de laicis lib. 3. cap. 22. Itaque magno consensu docent nunc hæretici, verba Christi non facere contra doctrinam de disciplina Ecclesiæ, scopum eius esse, ut consoletur pios contra molestantiam, quam percipere coguntur ex conversatione hypocritarum. Quin etiam ubi rerum potiuntur, triticum euellunt, hoc est, orthodoxos, illud Hæretici enim lolis scandala esse putant. Ene longe exempli in pla petantur, videri possunt, quæ hoc anno 1621. zizania Rupellenses & Deo, & Regi Christi animum rebelles in sacerdotes Catholicos, Patresque Oratorii patrantur.

Disputavit hac de re Augustinus lib. 3. contra Epistol. Parmeniani cap. 2. & Epist. 45. ad Vincentium. & 50. ad Bonifacium. Tandem ratione & experientia edoctus concludit, non vetari magistratum in hæreticos legum vigorem exercere. Cur enim blasphemix, & conuitia in homines puniuntur, ea quæ contra diuinum numen scelerate docentur, impune transcant? Cur sanctior habeatur maiestas terreni principis, quam æterni, & immensi? Itaque grauius in Anabaptistas hoc loco Calvinus inuehitur. [Perperam igitur, ait, hoc testimonio Anabaptistæ & similes abusi sunt, ut gladii usum arcerent ab Ecclesia. Atqui facillime est refutatio: nam quum excommunicationem ipsi admittant, quæ malos & reprobos saltem eradicat, cur non in sceleratos, quoties res ita postulat, gladum exerent pii Magistratus? Excipiunt locum dari penitentia, ubi capitalis poena non est, quasi vero latro in cruce remedium salutis non inuenit.] In thesi itaque nobiscum consentiunt, ac cum ad rem ventum est, triticum euellunt, ut zizania sit locus.

§. 5. Alii tamen hæretici, ut Wolfgangus Musculus, arbitrantur, non esse supplicio puniendos. Hæretici Primò quidem instituendos. Deinde occultos non rum quoque protrahendos. Denique sibi displicere ait, ubi in-terficiendi sunt errores, interfici homines. Ita etiam Augustinus lib. 1. contra lit. Petit. cap. 29. Diligite homines, interficite errores. Sed Augustinus sententiam correxit. Quod vero negat à Christianis Imperatoribus capitalem poenam in hæreticos constitutam. Sed ad Antichristum, seu ut ille vult, Pontificem eam refert scitum, miror. Etenim bis errat; nam & Imperatores orthodoxi in eos gladum strinxerunt, & Pontifices de sanguine indicare soliti non sunt.

§. 6. Lex tolerandi vnica est præscripta, ut tritico ne noceatur, ne eradicetur & triticum. Vix enim ratione loquendo, cum dicis tritico assitæ, impliciteque, sine eius periculo, cum cie possunt extirpari. Itaque minus patitur triticum cum lolio crescens quam eradicatum. Ea causa ferre cogitur Ecclesia. Augustinus de fide & operibus cap. 5. Nos, inquit, ad sanam doctrinam pertinere existimamus, tutam sententiam sic moderari, ut canes aliquando in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleremus, & sanctum canibus, ubi pax Ecclesiæ tuta est, non demus: nec pro-

pter *zizania*, de Ecclesia recedamus, cum Christus monstret, malos bonis permixtos usque ad diem iudicii, & nihil bonum in participatione Sacramentorum, quorum malis non consenserint, obfuturos. Eradicari ergo nemo prohibet, ubi nullum tritici damnum est.

§. 7. Cum vero ea causa non fuit, oportuit magistratum hæreticos pœnis opportunis corrigere, aut tollere. Leges canonum excommunicatione contentæ sunt. At Imperatorum, etiam morte multant. Primo quidem pecuniariam multam probat, ut est in Possidon. & doceri iubet Epist. 48. Idem l. 2. cap. 10. contra Epist. Parmen. demonstrat Imperatores posse eos morte punire, &c.

Augustinus morte hæreticos docet.

§. 8. Quinariam audet conqueri Parmenianus, quod eos Constantinus ad campum, id est, ad supplicium duci iussit, qui victi apud Ecclesiasticos indues, nec apud ipsum qua dispensatione sacrilego furore frebantur: & hoc eum tanquam immaniter iussisse, Hispano Osio suggerente criminatur, suspicionibus videlicet suis sicut semper, damnando inauditos. Quasi vero non humanius ac probabilius alius crediderit Osio tanquam Episcopo suggerente potius factum, ut in Seniore coeritionem quamvis immanissimi sceleris, id est, sacrilegi schismatis, sententiam fleteret Imperator. Quid enim non isti iusto patiuntur, cum ex altissimo Dei presidente, & ad cauendum ignem æternum flagellis talibus admonentis iudicio patiuntur, & merito criminum, & ordine potestatum?

Reges Ecclesiam defendunt.

Theodosii etiam & aliorum vehementes leges contra illos latas defendit. & tractatu 11. in Ioannem, etiam oportere reges morte eos punire docet. Sic ergo quando vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesie, aduersus exufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur: quia Deus concitat ut à Sara verberetur Agar.

Mirantur autem quia commouentur potestates Christiane aduersus detestandos dissipatores Ecclesie. Non ergo mouerentur? Et quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam, unde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones & gesta Prophetica, Tres pueri in igne laudauerunt Dominum: miratus est Nabuchodonosor Rex laudantes Deum pueros, & circa eos ignem non nocentem: Et cum admiratus esset quid ait Nabuchodonosor Rex, non vel Iudeus, vel circumcissus, ille qui statum suam exerebat, & ad eam adorandam omnes coegerat: tamen laudibus trium puerorum commotus, ubi vidit maiestatem Dei presentis in igne, quid ait? Et ego proponam decretum omnibus tribus & linguis in omni terra. Quale decretum? Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Ecce quomodo seuit rex alienigena, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & noluit ut sauiant reges Christiani, quia Christus exufflatur, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus à gehennarum igne liberatur? Nam tres illi pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali. Nunquid non ipse est Deus Machabeorum, qui & trium puerorum? Illos ab igne liberauit: illi in tormentis ignis corpore defecerunt, sed in legitimis mandatis animo permanserunt. Illi aperte liberati sunt, illi occulte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarum, quam de fornace potestatis humane. Si ergo Nabuchodonosor laudauit & predicauit, & gloriam dedit Deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantam gloriam dedit, ut decretum mitteret per regnum suum, Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem: quomodo isti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de

Regum ius est in hæreticos.

flamma, sed seipsos liberatos de gehenna, quando vident Christum, à quo liberati sunt, exufflari in Christianis, quando audiunt dici Christiano, dic te non esse Christianum: Talia facere volunt, & saltem talia pati nolunt. Nam videre qualia faciunt & qualia patiuntur. Occidunt animas, affligunt in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales perpeti conuerunt. Et tamen quas patiuntur? Exempla proponit eorum, quos præcipitio perisse, & in puteos coniectos circumcelliones dicebant. Nec ait id non licuisse, sed Catholicos refert dicere: eos à seipsis præcipitados; quod verum esse probat: cum quia solebant esse *ἀντιχρίστους*, sibi que consilicere necem: tum quia Romanis illa supplicia consuetudine non erant.

§. 9. Multæ porro leges contra hæreticos ab orthodoxis Imperatoribus latæ sunt: & inter eas nonnullæ capitales, ut constat ex tit. 5. codicis. Nam lege Constantini, Constantii, Constantis tolluntur privilegia Rescript. ad Oracul. lege Copronimi, Valentin. Theodos. verantur esse, docere, discere hæretici.

Theodosius & Valentinianus omnes pellendos censent, & Manichæos vltimo supplicio puniunt. Ariani, inquit, & Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani, Nouatiani seu Sebatiani, Eunomiani, Tetraditi, seu Tesseredecaditi, Valentiniani, Pauliani, Papianisti, Montanisti, seu Priscillianisti, vel Phryges, vel Pepuziani, Marcionisti, Borboriti, Messaliani, Euchitæ, sine Entheismata, Donatisti, Audiani, Hydoparastata, Tescodrogæ, Batrachitæ, Hermogeniani, Photiniani, Palmiani, Marcelliani, Ophitæ, Encratistæ, Carpocratitæ, Saccophori, & qui ad imam usque scelerum nequitiæ perueniunt Manichæi nusquam in Romanum locum conueniendi morandique habeant facultatem, Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & vltimo supplicio tradendis, quoniam nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria.

Valentin. & Martian. Fustibus puniunt viles personas, alios pecunia eodem titulo. I. Quicumque. Eadem lex doctores morte punit. Vltimo etiam supplicio coercentur, qui illicita docere tentauerint. Omnes vero huiusmodi chartæ, ac libri, qui sunt Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, ut facinorosa peruersitatis vestigia flammis combusta depereant. Aequum namque est, ut immanissima sacrilegia pars pœna magnitudo percellat. Scienibus moderatibus prouinciarum, eorumque apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum: quod, si ea, qua legis huius religiosissima sanctione custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliquam miserint temeritate violari: denarium librarum auri multam fisco nostro inferre cogantur, insuper etiam existimationis sue periculum sustinebunt. Dat. Const. Id. Augusti. Constantini & Ruffi. Const. 457.

Quin constitutio Anastasii, Synopsis Basilii, & alia eius Epitome. Itemque Iustini, morte damnant Manichæos. Cum vero plerique Imperatores leges priorem citent, plurimas fuisse non dubito. Certe Constantinus etiam Arit librorum occultatoribus pœnam capitis constituit. Sozomen. lib. 1. cap. 20. Concilium autem tum Arium tum sua opinionis fautores pariter abdicauit, decreuitque ne veniret Alexandriam. Quin etiam & verba, quibus eius explicabatur opinio, & librorum quem de eadem ediderat, inscripseratque Thalam, legi vetuit, cuius libri stylus, uti audiui (nunquam enim illum legi contigit) ita dissolutus est, ut præ mollicia quâ diffuit, Sordidæ canibus similia videatur. Est porro intelligendum Eusebium Episcopum Nicomediæ, & Theognidem, Nicæ Episcopum, quamvis fidei formula consentirent, minime tam Arii approbasse abdicationem, neque ei subscripsisse. At tunc Imperator non solum Arium multauit exilio, verum etiam

Contra
tunc
non
pauit

Naturæ
regis
arguit
mala

Sunt
Episcopi

episcopi omnibus, & populi edictum scriptum misit, ut tum illum cum eius opinionis fautores impiorum numero ducerent: & si qui liber reperiretur ab illis scriptus, in ignem coniceretur: quo neque ipsius neque opinionis cuius auctor fuerat, vllum monumentum extaret. Quod si quis aliquem librum eius occultaret, deprehenderetur, ac non illico in publicum productum incederet, ut capitis multaretur supplicio.

Si tanta poena librorum Arianorum occultatoribus à seculari potestate est interrogata, quid de auctoribus, euilgatoribus, doctoribus censendum sit, facile cuius promptum est iudicare. Minus enim est pestilentem librum domi occultare, quam impiam doctrinam propalando animarum mortes efficere.

VERSUS 31. 32.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: Quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, & sit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

QVÆSTIO I.

Quid significet parabola de sinapi?

§. 1. **M**ulta sunt in eo herbae genere, quæ Evangelio accommodari possunt. Plinius, l. 19. Hist. nat. c. 8. Et acerrimum sapore, ignei effectus ac taluberimum corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. Quin è diverso vix est sato semine liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Vfus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniam. Coquuntur & folia sicut reliquorum olerum.

Et lib. 20. c. 22. Sinapi, cuius in sativis tria genera dicimus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublimè vis feratur, iudicavit, quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad serpentium iactas & scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. Contra pituitam tenetur in ore, donec liqueat, aut gargarizatur cum aqua mulla. Ad dentium dolorem manducatur. Ad Vnā gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque: Excretaiones faciles facit in cibo sumptum: datur & suspensio. Item comitialibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, alium mollit, menstrua & urinam ciet. Hydropicis imponitur: cum fico & cumino tulum ternis partibus comitali morbo. Et vulvarum conuersione suffocatas excitat odore, aceto misto: item lethargicos.

Libro 21. c. 12. florum eius avidissimas apes esse docet. Hæc omnia Evangelio & Christo admirabiliter convenientia omitto. Ea quæ ad rem præsentem faciunt proponam.

§. 2. Parabolam discipulis domi expositam esse non dubito. Duo in sinapi notantur à Christo. Esse minimum omnibus seminibus, deinde maius omnibus oleribus.

An minus sit omnibus seminibus multi dubitant,

papaverum enim, aliorumque minora esse semina: Apud Plinium lib. 7. nat. hist. cap. 10. Sic cupressos semine satas & ipsas. Minimis id granis constat, ut vix perspicere quædam possint: non omitendo naturæ miraculo, è tam parvo gigni arbores. Itaque illud interpretantur *μικρότερον ἐστὶ πάντων τῶν σπερμάτων*, minimum est omnibus seminibus, hoc est, inter minima feminum est. Sed tamen tam Græco & Latino, quam Syro textui vis adferri videtur, non enim paruum, sed minus semen dicitur, & minus est, inquit Syrus, *πρὸς omnibus feminibus*. itaque omnino proprie accipi malim. Dicereque minimum omnium feminum inter Laxana seu olera, non omnia plane, sed ea quæ non modo in caules abeunt, sed quæ arborescunt, seu frutescunt. In his nullius semine minus est. Non est Christus vñs parabola seminis cupressini, non enim in vulgus res nota, at sinapi ubique obuium, & semen passim terebatur. Similia autem nota esse oportet.

§. 3. Facilius est intelligere, quomodo maius sit omnibus oleribus, sit enim arbor, & in ramos extenditur. Refert quidem Herodotus milium, & sesamum in arbores crescere, in prouincia Babylonie, sed non est dubium eorum magnitudinem esse infra sinapi. Maldonatus noster in Hispania ait crescere in arbores.

Thalmud Ierofolymitanum tractatu de Angulo agri cap. 7. legitur quidam Simon filius Halaphtha dixisse. Plantam sinapis se habere tantam ut in eius summitatem ascendere possit, ut in ficum. Alius plantam sinapis tres ramos habuisse, quorum vnus curuatus fignis sub eo laborantibus vñ braculum præfiterit, & feminis tres cabos, id est, medium modium dederit. Tanto in spacio aues multæ insident, ut in illa, quam rex videbat, Daniel. 4. 9.

VERSUS 42.

Et mittent eos in caminum ignis: Ibi erit fletus & stridor dentium.

QVÆSTIO I.

Cur vocat caminum?

§. 1. **G**raecæ articulus vtrique voci additur, *τὸ καμίνον τὸ πυρρὸν*. Illud caminum grandem scilicet illius ignis, qui non exstinguitur. Perinde igitur est, ac si dicat fornacem ardentem, qui æterna incendia voluit. Regnum igitur commutat cum fornace, in qua grauissimus est æstus reuoluta in se flammæ, exitu negato. Ostenditur & ex voce fornacis, dicatur non esse, sperandum vllum effugium. Item. lib. 3. cap. 27. Hinc æternas impiorum probat poenas, quemadmodum & gloriam beatorum nunquam deserturam.

§. 2. Tertullianus veram corporum resurrectionem hisce ex verbis probat, quia ait *fletus & stridor dentium*. l. de resurr. c. 35. Ceterum vnde erit fletus & dentium rursus supfrendor in gehenna, nisi ex oculis & dentibus? oculo scilicet plicia. etiam corpore, in gehennam & detruso in tenebras exteriores, quæ oculorum propria sunt tormenta.

§. 3. Contrariam opinionem suam Caluinus producit. [Quod ad Caminum ignis, inquit, spectat, "metaphorica est locutio. Nam sicuti gloriæ est infinitas quæ reposita est Filijs Dei, sensus omnes nostros Caluino longe altius exuperat, quam ut possit vllis verbis expressi: ita supplicium quod reprobos manet, quia incomprehensibile est, pro modulo captus nostri admetaphorice, umbra-"